

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema III.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

Vfus 1. Hoc autem fieri permitit, vt nunquam simu  
temerari, audaculi & præsumptuosi sicut Petrus, Matth  
26. v. 3 f. nec plus tribuamus viribus nostris quam pat est

2. Vt tales postmodum possint consolari eos qui in o-  
mni pressura sunt, 2. Cor. i. v. 4. Tu conuersus confirma  
fratres, Luc. 22. v. 32.

L. III. Debent vehementer perturbati suum dolorem  
effundere in sinu alicuius amici, aut Ecclesiæ ministri:  
alioquin metus est ne absorbeantur à tristitia. Vide Syr.  
38. v. 20. Man soll es herauß lassen, und nit in sich fressen.  
quod Dauidi graue est, Psal. 39. v. 4.

F I N I S.

### THE M A III.

Hiob. 5.

*Ingredieris in senectute vegeta sepulchrum, & sicut in-  
fert acerius tritici in tempore suo.*

### D I S P O S I T I O.

Hæc quæ legimus verba sunt Eliphaz Themanitis, a-  
mici illius Hiobis, qui in hoc capite multis argumentis  
probat, quod Deus neminem innocentem inquam per-  
diderit. Deinde docet, quam bene Deus agat cum his qui  
patienter ferunt calamitates ab ipso immillas. Inter ce-  
tera hoc etiam habet, quod tales ad senectutem vegetam  
pertingant, & non ante tempus moriantur. Quamuis igit  
ur Eliphaz in hoc errauerit, quod Hiobum vult facere  
hominem sceleratum, quia tanta patiatur mala: tamen e-  
gregias profert sentencias, veras & notata maxime di-  
gnas. Talis etiam hæc est vna.

Vbi similitudine egregia docet, quomodo senibus be-  
nefaciat Dominus, si scilicet in ætate iusta & matura in-  
ferantur in sepulchrum, sicut acerius tritici infertur in  
horreum tempore messis. Hanc primum similitudinem  
excusiemus. Deinde subiiciemus locos communes.

B b b 4 Textus.

## Textus.

Primum simpliciter rem proponit Eliphas, deinde figurare. Quod solenne est alias Prophetis, & ipsi Davidi in Psalmis.

Beatus inquit supra versu 17. qui corticitur à Domino. & infert: Ergo nec tu reprobes correptionem altissimam. Nam multa beneficia confert in illos, qui patienter ipsius correptiones ferunt. Hoc tu experieris etiam. Et inter cetera hoc est in specie: In senectute vegeta ingredieris in sepulchrum. Sinet te Dominus vivere ad longam & tardam senectam. Nō in medio cursu abripit te DOMINVS.

Hoc iam ostendit similitudine non inepta,  
Senectutem enim bonam confert messi maturæ.

1. A istæ primum sunt tenues. Sic homo iuuenis.

2. Multis iniuriis tempestatum obnoxiae. Sic homini tota vita multis miseriis. Militia Hiob 7. v. 1.

3. Tandem albescunt & murescunt circa messem aristæ. Ita tandem senes canescunt & satui sunt dierum.

4. Tunc itaque colliguntur manipuli (sive mergezes, die Korngarben) & infertur in hortum.

Sic tandem homo senex infertur sepulchro.

Sic etiam ipse Cicero comparat senes vegetos, pomis & frugibus maturis. Vbi & hoc notandum.

5. Sicut fruges maturæ per se decidunt: ita senes tranquilla morte decedunt. paulatim deficiunt, & extinguntur lenissima morte. Sie leichen auf wie ein Lichlein. Hinc scriptura sapientem defecit & mortuus est, Gen. 25. & 35.

## LOC I.

I. Magnum Dei beneficium est, vivere ad longam senectam. Singulares enim sunt promissiones illæ: Exo. 20. v. 12. Deut. 5. v. 16. Ephes. 6. v. 2. & 3. ut sis longævus super terram.

Et Proverb. 3. v. 2. & 9. v. 11. Psal. 91. v. 16. Wann man das Korn läßt zertig werden, daß es sein Witterlich einkompt; Das steht wol.

Sicut

Scut faciat  
scut faciat  
quam euell  
metis aut ga

Vide que  
mergezes pe  
ben omis de  
stina filaret

Sed maius  
etiam sed bon  
De hoc pr  
ld etiam p  
finiatur bon  
affligit. Barf  
Ridetur

Contra gr  
quid futurum  
plorat Hispa  
pia in medi  
Epto ho  
estin peccan  
5. v. 24.

At siem ni  
Pionem ita  
cius eff. ciro.  
Paret id  
& legg.

Ideoque

V. 16 in ipsi  
vivere, vina

Ips. Don

Ecc. pra

Quia pe

ni cum sim

Quibus

& feruante

Sicut contra Psalmus 129 v. 7. de his loquitur, qui sunt  
scut fœnum rectorum, tales fruges, quæ exarescunt ante-  
quam euellantur: *de quibus non impletus manum suam qui  
metit aut qui manipulos colligit, finum suum non implet.*

Vide querelam Hierc. 9. v. 22. non collecti sumus sicut  
mergetes post mellorem. Das steht vbel wann die Gar-  
ben auf dem Acker verderben und nicht zu rechter Zeit  
eingeföhret werden.

Sed manus beneficium est, non tantum vivere ad senectam,  
sed bonam & vegetam senectam vivere.

De hoc principaliter agit Eliphaz hoc loco.

Id etiam promittitur Abrahamo Gen. 15, sepelieris in  
senectute bona. Alioquin triste saep & graue senium plus  
affigit. Barfillai enumerat illas molestias, 2. Sam. 19. v. 35.  
Et describuntur Eccles. 11. v. 2.

Contra graue est, abripi in medio cursu vitae, nescimus  
quid futurum de nostris, die noch nicht ergogen sind. Id de-  
plorat Hiskia, Isa. 38. v. 10. Psalm. 102. v. 25. Nemē abri-  
pias in medio cursu.

Et pro hoc licet omnino nobis orare. Nam malis hoc  
est in peccatum, quod non sunt dimidiaturi dies suos. Psal.  
55. v. 24.

At sicut nulla Regula est quæ non habeat suam exce-  
ptionem, ita hic quoque comparatum est. Interdum felici-  
cius est cito abripi, prout sunt tempora.

Patet id exemplo Josiae, 1. Reg. 22. v. 20. & Sap. 4. v. 10.  
& seqq.

Ideoque cum sortes nostræ in manu Domini, Psal. 31.  
v. 16. in ipsis beneplacito acquiescendum. Si velit nos  
vivere, vivamus: si velit mori, moriamur.

Ipse Dominus faciat quod vult. 1. Sam 3. v. 18.

Ecce praesto sum Domine, si dixerit, 2. Sam. 15. v. 26.

Quia perinde est sive vivamus, sive moriamur, Domi-  
ni cum simus, Rom. 14. v. 7. & 8.

Quibus contingit tarda & bona senectus, illi sint grati  
& seruant Deum, cum Simeone expectantes redemptio-

B b 5 nem

nem Luc. 2. v. 2. s. Orient frequenter ex Psal. 71. v. 9. & 18.

L. II. Monet hic locus senes vegetos, ut cuas maruræ iam sint ætatis, non sint impatiens, quando Dominus illos voluerit decerpere aut demetere. Cogita: Die frucht est geistig. Ideoque inferenda mergetes in horreum. Syt. 41 in fine.

L. III. Quia Christus etiam horrei facit mentionem, in quo colligendi tantum sunt pii, Marth. 3. v. 11. & 13 v. 40. Caveamus ne inueniamur inter zizania comburenda.

L. IV. Quia hæc similitudo potest aptari ad totam hominis vitam, sicut supra in paraphrasi Textus dictum: debet & hoc in nobis excitare patientiam, quia post multas tempestates colligemur in horreum Domini. Euntes ibant & flebant, venient autem cum exultatione portantes manipulos suos, Psalm. 126. v. 6. Vide simile aliquid, Mich. 4. v. 12.

Hoc unum agamus, ut simus bonum frumentum Domino, sicut Ignatius dixit, se bestiarum dentibus commoliendum, ut mundus panis inueniatur, Euseb. libr. 3. cap. 36.

### F I N I S.

### T H E M A I V.

Psalm. 31 v. 16.

*In manu tua sunt tempora mea.*

### D I S P O S I T I O.

Quia Saluator noster Jesus Christus verba huius Psalmi, ex vers. 6. quæ in agone mortis & in cruce protulit. In manus tuas, Domine, &c. hinc mutuatus est, ideoque Daudem in personam filii incarnandi hunc Psalmum decantasse, recte senserunt veteres. Multa autem singularia habet hic Psalmus, & inter cætera hæc etiam paucula verba, quæ prælegimus. Illa si accuratius penitus auferimus, multum in recessu habere intelligemus.

Paucula

Praeludia  
mus doctri-

Gratianus  
de iniuria b-

aufere. Vic-

& de Chrifti

Saulis, per

Chriftovum

v. 17. Matt.

Hu omni-

fidei ex P-

Vnde ta-

scio enim

tempora, tr-

v. 4. Scime

stibabu,

Vel si per

mas intelligi-

cili. Hosce-

Sainti. 3.

Hinc erig-

ante tempu-

mo ipsius p-

dicitur, car-

(quod qui-

nia expi-

sunt hosti-

poterant;

& s. v. 12.

Primo

quod rem

etiam in

DOMINI,